UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sermones Fratris Gabrielis Barelete ordinis predicatorum tam quadragesimales: q[uam] de sanctis

Barletta, Gabriel

Parisius, 1507, XXV. Jan.

Dominica. v. quadragesime. De blasphemia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-69837

Visual Library

ctores medicine: ꝙ ille coloꝛ q̄ eſt cō=
poſitus ex rubeo ⁊ albo eſt optim⁹ cū
cōmixtione tercij coloris ſcil3 nigri.
Et hunc inq̄t. Albertus ꝯcedimus in
mariam fuiſſe. Fuit nigra aliquantu
lum. Et hoc triplici rōne. Primo rati
one cōplexionis: qꝛ iudei tendunt in
bꝛunedinem quandam ⁊ ipſa fuit iu=
dea. Scđo teſtificationis. Qꝛ lucas q̄
tres fecit imagines. Una rome. Alia
loꝛeto. alia bononie ſunt bꝛune. Ter=
cio aſſimilationis Filius matri cōmu
niter aſſimilatur: et econuerſo. Sed
chꝛiſti facies fuit bꝛuna: igit̃. ⁊c̄. De
qua nigredine. Uulgaris. O ſole pul=
chꝛioꝛ. O plena luna. O mater dei: et
moꝛtuo mari ſtella. O foꝛmoſa q̄q̄ tu
ſis fuſca. Et Can. Nigra ſum: ſed foꝛ
moſa. Et Dionyſius: du3 mariā vidit
di. Si de tuo filio nō eſſet aliq̄d reue
latum: facile crederem non eſſe aliū
deum p̄ter te. Ego ſum lux mundi. Ju
dith. c. Non eſt talis mulier in aſpe=
ctu ⁊ pulchꝛitudine ⁊ ſenſu ꝟboꝛum.
Exemplum in vita baſilij legitur: ꝙ
Julianus apoſtata cum iret pugnare
contra pſas: veniens Ceſareā Capa
docie petijt pro exercitu ſuo panem
a beato Baſilio qui epiſcopatū tene=
bat in ciuitate illa. Qui cu3 afferret
ei panem oꝛdeaceum qualem habe=
bat iurauit ꝙ cum rediret faceret eū
et ſuos comedi: et ciuitatem deſtrue=
ret. Cumq3 ſuadente baſilio populus
fuiſſet ad quandam eccl'iam virginis
in vicino monte ſitam: ibiq3 fuiſſet po
pulus tribus diebus ⁊ noctibus in o
ratione. In hoꝛa tercia noctis: vidit
baſilius mulierem ſpecioſam de celo
deſcēdētē in regio apparatu: puellis
circundata ſedens in thꝛono. Mercu
rio occiſo ꝓ fide precepit militi vt ſe
vindicaret de Juliano. Qui acceptis
armis: ⁊ oīmibus que ibi erant in ab=
batia Baſilij: in qua erat coꝛp⁹ Juli
anum eſt aggreſſus in ꝓlio et ipſū oc=
cidit. Qui in papilone moꝛiens cla=
mabat. Uiciſti ne galilee ſanguinem
non ꝓijciens in aerea.

¶ Dn̄ica de paſſione. de blaſphemia

Uos autem inhonoꝛaſtis me Jo. viij.
Cum mirabili intel
ligentia: eleganti ⁊ peregrino conce
ptu ꝯcluſerūt doctores ſancti. N. do=
nu3 lingue fuiſſe cōmunicatū homini
p̄ncipalr̃: vt cū ea debeat laudare cū
viuis p̄conijs ⁊ indefeſſis cōmendati
onibus diuinam bonitatem ſui facto
ris. Uñ Lactan. lib. de ira dei ad Do
na. Oñdam aūt cur deus fecerit ipm̄
homine3. Sicut em̄ mundū machina
tus est ꝓpter hominē: ita ipm̄ ꝓpter
ſe: tanq̄3 diuini templi antiſtitem ſpe
ctatoꝛem: rerumq3 celeſtium. Jdeo ſo
lus ſermonē accepit et linguam cogi
tationis interpretē: vt enarrare poſ=
ſit maieſtatem dn̄i ſui. Nota in verbo
Solus ſermonē. Jn p̄mo Politicoꝝ.
Nullum animal habet ſermonem ni=
ſi homo: et hoc ideo totum vt deum ſuum
laudet. Sed hoc non facit ſceleſtus ⁊
ingratus blaſphematoꝛ: qui inferio=
re3 ſe facit omnibus creaturis q̄ ſecū
dum modum ſuu3 laudant creatoꝛe3.
Auguſtinus in ſermone: ad heremi=
tas. Ad nutu3 domini ſol non deuiat
a via ſua: non luna: non ſtelle. Campi
decoꝛantur floꝛibus: criſpatur ſilua.
Jn nemoꝛe cytharizat auicula: inſen
ſibilia obediunt deo: ſolus homo vo=
luntati dei reſiſtit. Jlle. Quia ipe cu3
blaſphemat ei maledicit. Qđ hodie
iudei fecerunt. Applica euangeliu3
hodiernum. De blaſphemia erit ſmo
vbi tria ſunt videnda.
¶ Primū dr̃ diffinitionis.
¶ Scđm dr̃ abominationis.
¶ Terciu3 dr̃ punitionis.
Primum dicitur. ⁊c̄. Doctoꝛes eccle=
ſie diffiniunt omnes blaſphemia3 di=
cen. Blaſphemia eſt attribuere deo
qđ deo non conuenit vel negare deo
qđ deo conuenit: vel attribuere crea=
ture qđ conuenit creatoꝛi. Jlle. Quā
materiam tangit Tho. c. ij. q. ij. ar. i.

Jn.iiij.diſt.xliij. Jn primo modo pec-
cabant quidam heretici: de quibus.
xxiiij.q.iij.c. Quidam autem heretici
qui dicebant deum eſſe corporeum: ⁊
habere humana mēbra. Cōtra quos
Jo.iiij. Deus ſpūs eſt. Jn hac ſpecie
peccant illi q̄ dicunt deū eſſe ꝑtialem
et parteſeuū: quia attribuūt ei qḋ ei
non conuenit: quia non eſt partialis.
Act.x. Jn veritate comperi: quia nō
eſt acceptor ꝑſonaꝝ deus. Ad Rō. ij.
Non eſt acceptio ꝑſonaꝝ apud deum
Et extra de ꝑbendis et dignitatibus
c.venerabilis. Secundo negare ei qḋ
ei conuenit. Jn hac ſpecie peccabant
quidam heretici q̄ dicebant deum nō
habere curam de hoc mundo: ſed dia
bolus vt fuerunt manichei: de quib⁹
vbi ſupra. Ponebant duo principia.
Bonum ſcʒ deum quem volebāt eſſe
dominū celoꝝ. Malum: ſcʒ dyabolū
quem volebant eſſe deum mundi. Cō
tra quos Jo.i. Omnia per ipſuʒ facta
ſunt.⁊c̄. Jn ſpecie hac peccant qui di-
cunt. Dio non po far quello e quel
altro. Contra ꝑs. Om̄ia quecunqꝫ vo
luit fecit. Tercio attribuere creatu-
re qḋ ꝯuenit creatori: vt puta facere
miracula. Jn hac peccabant iudei de
quib⁹ Lu.xi. Qui dicebāt de chriſto.
Jn beelzebub principe demonioꝝ eij
cit demonia. Jn hoc peccato peccant
peſſimi incantatores q̄ putant facere
ſanationem vulneꝝ ſuis ſupſtitionib⁹
cū ſoli deo conueniat: Unde pſalmus
Qui facit mirabilia magna ſolus. et
a Can.xxvi.q.vi.c.epiſcopi. A diabo
lo tenentur captiui qui relicto creato
re: dyaboli auxilia querunt. Quod
peccatuʒ eſt grauiſſimum inter alia.
¶ Quod probatur in ꝑſenti tripli-
ci ratione.
¶ Primo rōne inclinationis.
¶ Scḋo rōne durationis.
¶ Tercio rōne ſuꝑationis.
¶ Primo ratione.⁊c̄. Una maxima
eſt in theologia. Jllud peccatuʒ dicit̄
minus graue qḋ maioreʒ habet incli
nationem ad illud cōmittendum. Et
maius graue qḋ habet maiorē incli-
nationem ad illud ꝯmittendū. Exēpli
grā. Jn eodē genere peccati min⁹ pec
cat iuuenis q̄ ſenex in pctō luxurie:
qꝛ plus inclinat̄ ad illud cū ſit calidi
oꝛ. Unḋ phus.iij. Topicoꝝ. Juuenes
magis q̄ ſenes moleſtātur cōcupiſcē
tijs. Suꝑ quo Auerroys. Complexio
iuuenū eſt calida ⁊ humida. Senum
aūt ſicca ⁊ frigida. Uñ grauius pec-
cant. Cicero.i.de officijs. Cū om̄i eta
te luxuria turpis ſit ſenib⁹ tñ fediſſi-
ma eſt. Uñ Daniel.xiij. de ſenib⁹ iſra
el qui Suſannam voluerunt violare
inſtigante ſpiritu ſancto fuerunt con
dennati. Adultera vero qꝛ iuuenis.
Jo.viij. fuit defenſa a chriſto. Uade ⁊
amplius noli peccare. Ad ꝓpoſitum
Omne pctm̄ habet aliqḋ motiuuʒ ad
illud ꝯmittendum. Excepto pctō blaſ
phemie. Quid mouet guloſū ad gulā
Certe gula: viciū ſancti blaſij. Quid
luxurioſus ad luxuriam mulier ⁊ de
lectatio. Quid vſurariuʒ ad vſuras.
Cōgregatio tēporaliū. O blaſphema
tor quis ad blaſphemiam te inuitat.
Rñde q̄ nihil: immo inclinaris ad ip
ſum laudandū ⁊ ad magnificandū: qꝛ
vt dicit lex.l. Sed ſi.ff. de petitiōe he
reditatis.§. Cōſuluit. benefaciēti bñ
facere debem⁹. Jlle eſt q̄ ꝓ nobis eſt
incarnatus: crucifixus: mortuus. Tñ
vituperant mēbra nobiliſſima quib⁹
nos redemit. Corp⁹ vʒ ⁊ ſanguinem.
Uñ bñ ꝯqueritur Jſa.i. Filios enutri
ui ⁊ exaltaui: ipſi aūt ſpreuerunt me
Cognouit bos poſſeſſorem ſuuʒ: ⁊ aſi
nus preſepe domini ſui: populus aūt
meus me non cognouit: et iſrael me
nō intellexit. Jlle. Qui poterat te fa-
cere lapidē vl' lignū: tñ ad ſui imagi
neʒ te fecit. Unde patet q̄ maius eſt
peccatum rōne.⁊c̄. ¶ Secunda ratio
⁊c̄. Cōcluſio ē Tho.in.xxij.q.clxxxvi
ar.x. Quod peccatū tanto eſt grau⁹
q̄to eſt durabilius: vt etiaʒ patet de
virtutib⁹. Charitas eſt maxima oīm
virtutum: qꝛ eſt durabilior alijs cum
in patria omnes alie deficiant. Ad

ꝓpoſitū noſtrū. Quāto plus homo ꝑ
ſeuerat in peccatis: tanto plus gra=
uatur cōſcientia. O pater nolo conſi
teri hoc āno. aut per. xiiii. annos ho=
mo ꝑmanet in peccatis: cū malū fa=
cis. Ue re tibi quāto plus moraris in
miſeria. Extra de conſuetudine. c. tā
to. Tāto inquit grauiora ſunt peccata:
quanto diutius infelicem: animā de=
tinēt alligatā. Et in. c. finali. ⁊. xxiiij
q. i. pudenda. Conſuetudo mali non
minuit pctm̄ ſed auget. Ideo eccleſia
ꝑcipit. Extra de pe. ⁊ re. c. Omīs vtri
uſq; ſexus vt omnes in paſchate ſe ꝑ
ſentent patri ſpirituali per confeſſio=
nez: vt nullus habeat cauſaz in pec
catis ꝑſeuerare. ⁊ ſe abſcondere a cō
feſſione. O pſbyteri. O curati aperi=
te oculos veſtros ſuper gregem. Un=
de archiepiſcopus de florētia in mor
te flebat: qꝛ timebat de ouibus ſuis.
Redeamus ad noſtrum propoſitum.
Cū ergo peccatuz blaſphemie duret
in preſenti et perſeueret in futuro qꝛ
non faciūt alia peccata. Igit̄ ratione
durationis eſt peccatum grauiſſimū
Audi Joh. in Apoca. xvi. Blaſphe=
mauerunt deum celi pre doloribus ⁊
vulneribꝰ ſuis: vbi dicit Tho. xxij. q.
xiij. arti. iiij. Qd ſicut in btis poſt iu=
diciū erit laus vocalis in paradiſo.
Juxta illud. Exultationes dei in fau
cibꝰ eoꝝ ita in dānatis erit blaſphe=
mia vocalis. O blaſphemator dei ⁊ ſā
ctoꝝ illum deū illum xp̄m illaz virgi
nē: illuz ſanctū quez in pn̄ti blaſphe=
mas: ſic facies in inferno. Et ſicut ec
cleſia in pn̄ti inuenit ſanctos ad can
tandum in letanijs. Sācte petre ora
⁊c̄. ita erit in inferno. ¶ Tercia rati
o. ⁊c̄. Gloſa ſuper illo verbo Iſa. xviij.
Ad populum terribilē. Om̄e pecca=
tuz blaſphemie ꝯparatuz leuius eſt.
Iterū. Nihil eſt horribilius blaſphe
mia que os ſuum ponit in celuz. Quā
tuz ſit graue hoc pctm̄ colligi pō ex
rōne qꝛ ſuperat quattuor grauiſſima
peccata vt ponunt oēs theologi cū ra
tionibus euidentiſſimis.

¶ Primū eſt pctm̄ paganoꝝ.
¶ Scdm̄ eſt pctm̄ homicidaꝝ.
¶ Terciuz eſt pctm̄ hereticoꝝ.
¶ Quartuz eſt pctm̄ iudeoꝝ.
¶ Primū ⁊c̄. vt dicit Thom̄. xxij. q.
xiij. Infidelis ea dicit de deo et loquī
tur q̄ licet ſint falſa. tamen credit ve
ra. Turchus negat xp̄m ⁊ eiꝰ matrem
Quare hoc? Qꝛ ſic credit. Judeꝰ ne=
gat chriſtuz: matrez: apoſtolos. Qua
re hoc? Quia ſic credit. Chriſtianus
blaſphemat ⁊ loquit̄ de deo ⁊ ſctis q̄
ſcit omnino non eſſe vera. Clamat de
um traditorem. virginez putanaz. Tu
facis illis ficū in oculis: ſcis non eſſe
veꝝ. ideo. ⁊c̄. Scdm̄ pctm̄. ⁊c̄. Supat
pctm̄ homicidaꝝ. Ratio: quia et ſi a=
lij peccatores deo cōtumeliā inferāt
eſt ꝑter voluntatem eoꝝ. Homicida
vellet ſi poſſet inimicū occidere. ⁊ de
uz nō offēdere. Sed blaſphemꝰ in cō
temptum deuz blaſphemat volens ſe
vindicare de deo directe ⁊ ꝑncipalr̄.
Uenetijs quidam gladio ymaginem
crucifixi percuſſit ⁊ ſanguis exiuit.
Unde vſq; nunc ampulla ſanguinis
xp̄i in aſcenſione oſtenditur ⁊ hoc ſu
perat pctm̄. ⁊c̄. Terciuz eſt peccatuz
hereticoꝝ. Hereticus credit eſſe veꝝ
q̄ dicit: blaſphemus aūt contra ꝯſciē
tiam de deo dicit que ſcit non eſſe di=
cenda. O lingua feralis. Quartū pec
catum. ⁊c̄. Auguſti. ſuper Mat. xxvi.
Magis peccant blaſphemantes deū
triumphantē in celis: q̄ꝫ qui crucifi=
xerunt eum ambulantem in terris.
Et eſt ratio triplex ſm̄ Alex. in ſecū
da parte ſumme Tho. in. iij. Et i ter
cia parte. q. xlvi. ¶ Primo rōne cogni
tionis. iudei non cognouerunt ipſum
eſſe deū. i. ad Coꝛ. ij. Si cognouiſſēt.
nunq̄ꝫ dn̄z glorie crucifixiſſent q̄uis
non excuſentur a toto. Actu. iij. Scio
fratres qꝛ per ignorantiam feciſtis.
Sed qui deum blaſphemant: ſciunt
ipm̄ eſſe deum: vnde grauius peccāt
¶ Secūdo ratione ꝓmiſſionis: qꝛ iu=
dei non ꝓmiſerunt fidez in baptiſmo
Abrenuncio ſathane. ſicut xp̄ianus

qui ꝓmiſit ſeruare diuina mandata
dimittere vſuras ⁊ huiuſmodi. Jude
us autem hanc nō fecit. Unde grauiꝰ
us peccat xp̄ianus ꝙ̄ ille. ¶ Tercio
rōne maioris ſtatus. Quanto pſona
eſt nobilioris ꝯditionis. tanto pctm̄ ē
grauius in eā factuꝫ: vt dicit̄. l. pſby=
teri. C. de epiſco. ⁊ clericis. Et iuuena
lis lib. iiij. ſatyra. viij. Om̄e animi viti
um tanto conſpectius in ſe crimē hꝫ:
quanto qui peccat maior habet. Sꝫ
ſtatus chriſti regnantis in celis dig=
nior eſt regnantis in terra. Jlli vitu
perabant mortaleꝫ in preſenti: blaſ=
phemus aūt immortalē in celo. Pre=
terea iudei obturant aures ſuas ne
audiāt blaſphemantes. Glō. ſup illō
Actu. vij. Continuerunt aures ſuas
di. Ne audiāt blaſphemiā. Uñ pꝫ tri
plici rōne: ꝙ pctm̄ blaſphemie ē grauiſ
ſimū. ¶ Scdm̄ dicit̄. ⁊c̄. Una maxima
eſt in theo. Q̄ inter alia peccata hoc
pctm̄ maxime eſt abominabile deo.
Qd̄ ꝓbat̄ triplici medio. Primo rōe.
Scdo auctoritate. Tercio exemplo.
¶ Primo rōne ꝯtrariationis.
¶ Scdo rōne aſſimilationis.
¶ Primo ratiōe. ⁊c̄. Blaſphemia eſt
ꝯtraria tribus. Primo nature Scdo
ſcripture. Tercio creature. ¶ Primo
nature. q̄ dictat benefactorē ſuū eſſe
cognoſcendū. Canis cognoſcit patro
neꝫ ſuuꝫ: cū ei feſtum facit cū cauda
ꝗ̄ capite. Preterea aues celi ſuo mō
quanto magis hō deo ſuo. Uñ phus.
iiij. Ethi. Beneficiatꝰ tenet̄ repēde=
re vices ſuo benefactori. Et Señ. lib.
de bñficijs. Jngratus eſt q̄ nō reddit
Jdem ingratiſſimus oīm q̄ oblitus ē.
Sed hō peior aīalibꝰ efficit̄: cuꝫ ling̃
ſit ei collata ad ipm̄ laudandū. Eccl.
li. Dedit mihi dñs linguā: in ipa lau
dabo eū. Sꝫ cuꝫ illa vituperatur. Ad
Roma. ij. nomen meum iugiter blaſ=
phematur. Uere ſic ē. ¶ Scdo ꝯtrari=
atur ſcripture: que nos hortat̄ ad deū
laudandū. vt in ps. xxxiij. Cāta oīno
Bñdicā dñm in omni tp̄e: ſemp laus
eius in ore meo. Sap. x. Cōfitebor ti=
bi dñe rex: ⁊ collaudabo te deū ſalua
toreꝫ meū. Tob. iij. Oī tp̄e bñdic deū
ad rō. xij. Benedicite ⁊ nolite maledi
cere. Uñ pꝫ de ſcriptura. Tercia blaſ
phemia ꝯtrariat̄ creature. Om̄is cre
atura laudat deū. Eccl'ia in matuti=
nis cātat hymnuꝫ triū pueroꝝ. Bñdi
cite dño oīa opa dñi. ⁊c̄. Dic vſq; in fi
nem. ⁊ alibi. Laudate dñm de celis:
laudate eū in excelſis. Et amplius ci
ues mei. Dauid inuitat tres creatu=
ras ignobiles ad ipꝫ laudandū dicēs
Laudate dñm dracones ⁊ oēs abyſſi
ſpētes ⁊ volucres pēnate. O blaſphē
matores q̄d ad hoc diciꝫ. Quid rñde
tis. Scdo rōne aſſimilatiōis. Aſſimi=
lātur blaſphematores dānatis: ⁊ per
nullū pctm̄ ita pōt cogſci pfecte ꝙ ho
mo ſit dānatus: ſicut per pctm̄ blaſ=
phemie: qꝛ vt dicit̄ ad loquelā cogno
ſcit̄ homo: de q̄ patria eſt Mat. xxvi.
De Petro dr̄. Galileus es: nā ⁊ loq̄la
tua manifeſtū te facit. ⁊ Judicuꝫ. xij.
De Effrateo: q̄ dum dicere deberet
Sebolet: aiebat thebolet. Jta in ꝓpō
ſito de hoīe. Uis cognoſcere o homo
de qua ꝓuincia es. Reſpice ad loque
lam: ſi deū laudas ⁊ ſanctos. aut ſi e=
os vitupas. Deus eñ tres ꝓuincias
fecit: ⁊ in q̄libet iſtaꝝ ꝓpriuꝫ lingua=
giuꝫ poſuit. ſ. ꝓuinciā celeſtem: terre
ſtrē ⁊ infernaleꝫ. Linguagium ꝓuin
cie celeſtis: eſt ꝟba pacis ⁊ edificati
onis hr̄e. hoc eſt deū bñdicere ⁊ lau=
dare. ps. Beati qui habitāt in domo
tua dñe. ⁊c̄. Linguagiū ꝓuincie ter=
reſtris. eſt de terrenis tractare. Joh.
iij. Qui de terra eſt: de terra loquit̄:
Linguagium ꝓuincie infernalis. eſt
deo maledicere ⁊ blaſphemare. vnde
dicitur de damnatis Eſa. viij. Cū e=
ſurierit iraſcetur ⁊ maledicet regi ſu
o. Cognoſcitur igit̄ q̄s de qua ꝓuin=
cia ſit. Qui igitur loqtur ꝟba pacis ⁊
edificatiōis ⁊ laudis dei: ſignum eſt
ꝙ ille ſpectat ad ꝓuinciam celi. Qui
loquitur verba terrena et mundana
ſignum eſt ꝙ ſpectat ad ꝓuinciā mū=
di. Qui loquitur ꝟba mendacij: male

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dictionis: ⁊ detractionis. ſignū eſt ꝙ
ptinet ad puinciaꝫ inferni: qꝛ illud
eſt ꝓpriuꝫ linguagiū dyaboli. Exem-
plum de illo romano qui tres habuit
filios ab vxore ſua. Cōmuniter mul-
eres ſunt in his peccatis carnalibus
⁊ poſtea ſe excuſant. O pater nolebā.
Sed ribaldus me decepit ⁊ mihi vim
intulit. Ciuis aūt iſte ꝑcuſſit vxoreꝫ
verberibus iuxta illud. Cor durum
cū baculo frangit. Extra dixit ei mu
lier eya. De tribus filijs: vnuꝫ tm̄ ha
bes legittimū. Cum q̄reret quē. No-
luit ei indicare. Moriēs teſtamentū
fecit: vbi dimittebat bona ſua here-
di legittimo poſt mortē pater iuſſus
eſt ſagittari a filijs ſuis: vno excepto
q̄ noluit prēm ſagittare. Ad queꝫ iu
dex. Iſte eſt verꝰ filius: qꝛ prēm ſagit
tare noluit. Ad ꝓpoſitum. Qn̄ homo
blaſphemat: ſagittat deū. Nō eſt verꝰ
filius dei: ſed ſpuriꝰ ⁊ filius diaboli
¶ Sed dubiū q̄ritur. Utrū liceat ma-
ledicere creaturis irrationabilibus
vt terre: lapidibꝰ: arboribus: aīalibꝰ
pluuie: ventis: ſoli: lune: ac ſimilibus
Uidetur ꝙ ſic: qꝛ habet. ij. Regū. Au
dita Dauid morte Saulis ⁊ Ionate.
maledixit montibus gelboe. ¶ Prete
rea xp̄s: vt habet Mat. xxi. et Mar.
xi. Maledixit ficulnee: in q̄ non inue
nit niſi folia. ¶ Preterea: qꝛ Iob vt
dr̄ eiuſdeꝫ tercio maledixit diei ſuo.
Et dicebat. Pereat dies in qua natꝰ
ſum: ⁊ nox in qua dictū eſt ꝯceptus ē
homo: dies illa vtatur in tenebras.
Rn̄det Tho. xxij. q. lxxvi. ꝙ benedi-
ctio ⁊ maledictio ꝓprie poteſt perti-
nere ad illam rem cuiꝫ poteſt bonum
aut maluꝫ cōtingere. ſ. rationali cre
ature. Ipſis ergo irrationabilibꝰ di-
citur ꝯtingere bonuꝫ aut malū in or-
dine ad creaturam rationalē: ꝓpter
quam ſunt. Ordinant autem creatu-
re irrationoles ad hominē triplicit.
¶ Primo ꝑ modū ſubuēctionis inq̄ꝫ
tum ex eis ſubueniūt humane neceſ-
ſitati. Et hoc modo a deo Gen̄. iij. pꝰ
peccatū ꝑmoꝝ parentum maledicta

eſt terra: vt. ſ. per eius ſterilitatē hō
puniretur. Et Deu. xxviij. Deus di-
xit. Si audire nolueris vocē dn̄i dei
tui vt facias ⁊ cuſtodias oīa manda-
ta eius et cerimonias q̄s ego ꝓcipio
tibi hodie: venient ſuꝑ te oēs maledi
ctiones iſte ⁊ apphēndent te. Male-
dictus eris in ciuitate. maledictꝰ in
agro. maledictū horreū tuuꝫ ⁊ male-
dicte reliquie tue. maledictꝰ fructꝰ
ventris tui ⁊ fructus terre tue, armē
ta bouꝫ tuoꝝ ⁊ greges ouium tuarū.
¶ Secundo ordinantur creature ir-
rationabiles ad hominē per modum
ſignificationis. Et ſic xp̄s maledixit
ficulnee: in ſignificationeꝫ ſinagoge
iudaice gentis: qꝛ nō habebat niſi fo
lia. ſ. verba legis ſine fructu. Et pro-
pterea merito debebat areſcere. ⁊ au
ferri ab ea regnum dei: quod ſignifi-
catū fuit in ficulnea a xp̄o maledicta
¶ Tercio ordinant creature irratio
nabiles ad ip̄m hoīem ꝑ modū ꝯtinē-
tis: aut tp̄is: aut loci. Et ſic Iob male
dixit diei in qua natus erat ꝓpt cul
pā originalē quā naſcendo ꝯtraxerat
Ita ꝙ maledictio illa nō arguit in eo
aliquā impatientiā. Sꝫ tm̄ arguit et
explicat ꝙ die qua natus eſt ⁊ ꝯceptꝰ
cōtraxit culpā originalē. q̄ radix ē oīꝫ
paſſionū q̄s patimur in hac vita Dō
inſuꝑ maledixit mōtibꝰ gelboe: ad ex
plicandā cedeꝫ que in eis facta fue-
rat. ꝓpterea dicebat cū fletu ⁊ lachry
mis. Mōtes gelboe nec ros. nec plu-
uia veniat ſuper vos in quibus ceci-
derunt inclyti. Iſrael. Saul. ⁊ Iona-
tas amabiles ⁊ decori aq̄lis velocio-
res. leonibꝰ fortiores. Filie iſrael ſuꝑ
ſaul flete ⁊ ego doleo ſuꝑ te frat mi
Ionata. q̄re nō eſt trahendū in ꝯſuetudinē
vt vnuſq̄ſq ꝑ libito ſuo creaturis irra
tionabilibꝰ maledicat. Et ſi q̄s eſſet q̄
malediceret rebus irrationabilibus
inquantum ſunt creature quaſi in cō
temptū dei: qḋ hoīes faciunt: pecca-
ret peccato blaſphemie. Qḋ peccatū
q̄ntū graue ſit. ⁊ per ꝯſequens punien
dum audi tercium myſterium.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶ Tertium dr̄ ⁊c. Oīs lex clamat pu
nitionem circa blaſphemantes que
quintuplex eſt
¶ Prima eſt diuinalis.
¶ Scd̄a eſt eccleſiaſticalis
¶ Tertia eſt municipalis.
¶ Quarta eſt ciuilis
¶ Quinta eſt paganalis.
¶ Prima eſt diuinalis Leuit. xxiiij.
Quod cum filius mulieris blaſphe-
maſſet nomen domini a populo lapi-
datus eſt: vbi dicit̄ ibi. Educ blaſphe
mum extra caſtra: vt lapidet eū om̄is
populus. Et qui blaſphemauerit no-
mē domini morte moriat̄. Sēnache-
rib rex aſſyrioꝝ obſidens hieruſalem
eleuās ſe in ſupbiā blaſphemauit no
men dn̄i. In ſequenti nocte angelus
ꝑcuſſit de ſuis. clxxxv. milia hominuꝫ
et ipē pre pauore fugiens a ꝓprijs fi
lijs occiſus eſt Et Iudit. xv. holofer-
nes dum vituperaret nomen domini
dicens alium deū nō eſſe preter Na-
buchodonoſor: a Iudith. muliere occi
ſus eſt. Ecce prima lex. Scd̄a lex. Ex
tra de maledictis. c. Statuimus. Et
greg. ix. di. Quod qui nomē dn̄i ⁊ vir
ginis blaſphemauerit: publice debet
puniri. vꝫ per ſeptem hebdomadas: ⁊
in qualibet hebdomada i feria. vi. in
pane et aqua ieiunet ⁊ dominicis die
bus ante fores eccleſie tempore miſſa
rū ſine pallio ⁊ calciamētis ſtet: ⁊ ad
collū corrigiaꝫ habeat. O confeſſores
date talibus penitentiam arctam. In
pane et aqua ſine miſericordia qr̄ me
rentur. ¶ Tertia lex ⁊c. Non eſt ciui
tas xp̄ianoꝝ bn̄ regulata que non ha
bet conſtitutiones cōtra blaſphemos
Sed nunc non ſeruantur leges ⁊ ſta-
tuta. Si mali ſi de de domino tēporali
punit̄ acriter. Dux Galeam Cremo-
ne fecit quendā ſuſpendere: quia ſo-
lum de ſe murmurauit Dominus mā
tuan⁹ ſimiliter. Sed deus blaſphema
tur ⁊ nō ē qui puniat. Exemplū nota
bile. Siracuſe cum quidā nauta cru-
deliſſime nomē dn̄i blaſphemaret ca
cens in mari nō ē viſus amplius. Ad
dies paucos repertus eſt in littore.
Totum corp⁹ integrū inuentum eſt:
lingua excepta q̄ forte deportata fu-
it in infernum. vt ibi puniret. Quia
Sap. xi. Per q̄ quis peccat per hec ⁊
torquetur. ¶ Quarta lex ⁊c. In autē-
tico. Ut non luxuriant̄ cōtra naturaꝫ
Colla. v. Blaſphemus vltimo ſuppli-
cio debet puniri. Supplicium dicit
glo. allegans. ff. de penis. l. Ultimuꝫ
Interpretatur ſolā mortē. ſ. de capita
tionē: debent puniri ſine remiſſione.
Quia vt dicit hier. Non eſt crudeli-
tas pro deo pietas. Et Boeti⁹. iiij. de
Cōſo. Punire malos iuſtū eſt. ſꝫ ipos
euadere impunitos iniuſtum. Et. l.
Ita vulnerat⁹. ff. ad. l. aquiliam. Deli
cta non debent remanere impunita.
Et quare frater Gabriel. Quia vt di-
citur. C. de furtis. l. Si quis Impuni-
tas delicti inuitat homines ad mali-
gnandum. O dn̄i temporales. O pre
tores. Officiales ciuitatum: ad vos
clamo: qui iuſticiam nō facitis ſuper
tales. Immo qđ peius eſt. In domib⁹
taliuꝫ tenēt luſores: ſcole fraudū: vbi
dicunt̄ tot mala. Non ſunt immunes
ab hoc vicio: principes: barones: ruſti
ci: agricole: artifices. Et qđ dictu hor-
ribile eſt. non religioſi: non ſacerdo-
tes: non mulieres: non pueri. Un̄ Pi⁹
papa. Confuſa ſunt omnia ⁊ turbata
blaſphemat̄ deus nullus timor. nul-
la legum reuerentia. O ingratiſſimi
peccatores. O furentes animi. O ve-
nenoſa ⁊ amariſſima lingua. O deni-
qꝫ perditiſſimi homines: ⁊ quid male
facere vobis ſancti. In quo nocuerūt
vobis An non aſſidue pro veſtra ſalu
te intercedūt ad dn̄m. Nonne ⁊ virgo
illa pijſſima mater gratie: fons miſe-
ricordie. ꝓ vobis indefeſſa eſt aduoca
ta. Quid ergo blaſphematis illam ⁊
reliquos ſanctos. O vere mala con-
ſuetudo qua homines chriſtiani iniu
riantur deo ⁊ ſanctis eius. In hac ſo
li xp̄iani diuerſi ſunt qm̄ non eſt ali-
qua natio: neqꝫ iudeoꝝ neqꝫ gentiliū
⁊ paganoꝝ: in qua tot ſint blaſphemie

et maledictiões ſicut in populo xpia no. ¶ Quinta lex ⁊c̃. Apud infideles ⁊ ſarracenos q̇ blaſphemat xp̄m ⁊ ei⁹ matrē punit̃ grauiter inter duos aſſeres: ⁊ ſic viu⁹ occidit̃. Ob quã cauſaꝫ paꝝ ſentiunt̃ ibi blaſphemie ⁊ maledictiones. Sanctus ludouicus rex francie talib⁹ linguã p̄ſcindebat. O xp̄iani p̄ncipes: ſi hoc agũt infideles plus xp̄iani: quia ſuꝑ oĩa pctã de⁹ habet ꝑ malo hoc vitium. Mãtue dum quidã luſores vituperarēt nomē xp̄i et matris ceciderũt oculi eoꝝ ſuꝑ mēſaꝫ. Preterea greg. di. li. iiij. dialogorum. Rome puer quinqꝫ annoꝝ dum blaſphemaret nomē dñi in brachijs parentũ demõ ipꝫ rapuit: nec plus viſus eſt. Credatis michi. N. q̄ mittit deus peſtes: bella: penurias: flagella ꝓpter hoc pctm̃. Conqueri tˀ ipe de⁹ Jſaye. i. Ue genti peccatrici populo graui iniquitate ſemini nequã: filijs ſcelerati blaſphemauerũt deũ iſrael abalienati ſunt retrorſũ. O italia tanto vitio deprauata O pplˀ ttãto ſcelere deturpati Timeo ne deſeuiat ↄtra vos furoꝛ dei. Corrigat ḡ vnuſqſqꝫ ſe ipm̃ ⁊ refrenet linguã ſuã ⁊ oēs parit̃ laudem⁹ ⁊ bñdicam⁹ deũ: q̇ bñdict⁹ ē ⁊ laudabilis ꝑ infinita ſecl'a ſecl'oꝝ. Amē.

¶ Feria. ij. dominice de paſſione.
De honore parentum

M Iſerũt prin- cipes et phariſei miniſtros: vt apprehenderent ieſuꝫ. Jo. vij.

¶ Uidentes phariſei miracula xp̄i. Scḋm Nicolauꝫ de lyra: vt lazari ſuſcitationē ⁊ filij vidue ceci illũiatione panuꝫ m'tiplicationē et alia bona opera: inuidia moti ſũt non tamē ſunt auſi ire perſonaliter ad capiēdũ eũ timore turbarũ: ſꝫ miſerunt miniſtros: vt ihm̃ ap̄phenderent. Scḋm Tho. in cathena aurea quadrupliciter iudei conati ſunt xp̄ꝫ ꝯprehendere. Aliquando in ſermone Ma. xxij. Abeuntes phariſei ↄſiliuꝫ fecerunt vt caperēt ieſuꝫ in ſermone. Aliqñ in ope ſuo. Mat. iij. Erat homo hñs aridã manũ: et obſeruabant euꝫ ſi in ſabbato curaret: vt accuſarēt eũ. Aliqñ in iudicio joh. viij. Adducũt ei mulierē in adulterio deprehenſaꝫ. Aliquando in ꝑſona: vt hic. Sꝫ xp̄s ↄtra hoc q̄ volebãt eũ capere in ꝑſona oſtēdit maximã potentiã: q2 euꝫ nõ ap̄phenderũt. Unde dixit eis. Modicũ tp̄s adhuc vobiſcũ ſum. q. d. Quid me feſtinatis interficere. Paruuꝫ tp̄s adhuc expectate Et quomodo vultis facere. eſtis facturi: ſed nõ modo: quia nolo. Quereris me. et non inuenietis. Scḋm Criſo. Queſierũt iudei xp̄ꝫ. Queritis inquit me Quando. ſ. eoꝝ ciuitas hieruſalē fuit capta a Tito et Ueſpaſiano ꝓbabile ē tũc eos meminiſſe xp̄i ⁊ miraculoꝝ eius vt ei⁹ ſcꝫ p̄ſentiã quererēt. Unđ dixit eis. Et nõ inuenietis. ſ. faciendo miracula. Sequitur vbi ſuꝫ ego vos nõ poteſtis venire. glo. i. in ptãte mea ē me occultare Et vos ibi non poteſtis venire ad querendũ me. Dixerũt ergo iudei adinuicē. Quo hic iturus ē quia non inueniem⁹ eũ Nunquid iturus eſt in diſperſionē gentiũ: ⁊ docturus gentes. Glo. Uerũ quidã dixerũt ſed ignorãter dixerũt. Quia xp̄s per almos ãpoſtolos ſuos docuit gentes et paganos: et ad fidē conuertit. Uñ Tho. in poſtil. ſuper Joh. Jn totum mundũ: et oĩbus locis. euãgelij notitia facta eſt per apoſtolos. Jn nouiſſimo autē die magno feſtiuitatis. Jn nouiſſimo id eſt in octauo die. Quia peractis ſeptē dieb⁹ feſtiuitatis tabernaculoꝝ in octauo erat cetus feſtiuꝫ: et dicebat̃ illa dies ſanctiſſima in lege. Jn illo ergo die magno ⁊ ſolenni ſtabat ieſus et clamabat p̄dicãdo verbũ dei dicendo. Si quis ſitit: veniat ad me ⁊ bibat. glo. i. ſi q̇s deſiderat doctrinã vite: veniat ad me ꝑ ſidē formatã et bibat aquã ſapiētie ſalutaris Ex turba autē multi crediderunt in euꝫ: Et nemo miſit ſuper eũ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN